



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

§. 2. Quantitas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13167**

**ARIMASPI** { Solino Monocula gens: & verò Herodoto lib. 4.  
*l'Ingrie, Du-* Scythicâ linguâ Arima vnum: & oculum so-  
*chez de Nouo-* nant. Ammianus lib. 22. vocat iustissimos, &  
*grod, Plescou,* placabilitate cognitos. Quomodo, & an pu-  
*&c.* gnen cum Grifis, legantur Ornithologi, in-  
ter cæteros Aldroandus.

**HYPERBOREI** { Post Riphæos montes gens felix, inquit Pli-  
*la Coste Boreale de* nius; & nos de iis pluribus in Asia, ad cuius  
*Mosconie.* oram Borealem extendi tum ostendemus.

## LIBER QVINTVS.

*De Regno Poloniae.*

## CAPVT PRIMVM.

*Historica Enarratio.*§. 1. *Nomen.*

**P**OLONOS alij dictos volunt ab vrbecula *Poloneza* ad *Vistulam*: alij Polonus quasi *Polashos*, hoc est posteros *Lechi*, qui primus Polonis imperauit: Et verò Russicos *Lascos* vocant, *Vngari Lengel*, quæ voces à Lecho quidam non putant ab ludere. Nonnulli tamen, iisque doctiores hanc vocem deriuant à nomine *Polska*, quæ & planitiem, & venationem sonat, quia hæc Regio plana, & incolæ optimi ve-  
natores.

§. 2. *Quantiitas.*

*Longitudo* Regni Polonici desumitur ab oppido *Schuibusin* in limite Silesiæ ad *Smolenskum* in Russiâ, quæ extensio ad maiorem circum reuocata, dat 11 gradus cum minutis 30. ac proinde milliaria 690. leucas nostras 345. Germanicas 172  $\frac{1}{2}$ , Russicas *Vores*, seu *Virst* 910.

*Latitudo excurrat ab ostiis Tyræ flumij vulgo Dniester, ad virbem Memel, versus Liuoniam, quæ amplitudō applicita maiori circulo, dat gradus 10 cum 40. minutis, igitur millaria 640. leucas nostras 320. Germanicas 160. Russica Vores 869. circiter.*

### §. 3. Qualitas.

REGIO hæc paulo frigidior, non tam quia in Boream declinat, siquidem Abbailla est eiusdē cum Cracouia latitudinis, sed quia deuergit in Septentrionem, quod eius flumina omnia in Codanum euoluta innuant. Quare superatis iugis Carpathiis Hungaria illicet latior. Tota etiam sylvestris, sed iam deiectis arboribus paſſim in eampos feraces extenditur; fert & omnis generis fructuofas arbores, si oleam, & quæ neque nascuntur in Belgicâ excipias. Sal fossile ad Cracouiam celebratur in primis, & coctile in Russiâ ab igne, in Podolia etiam à Sole. Colligitur potissimum Succinum in Prussiâ. Quantum frumenti Polonia daret experta Italia, nos etiam præcipitante superiori ſeculo vidimus. Pelles indide pre-ciosissimæ afferuntur, quibus & proceres suas vesteſ adornant. Quæ pascua in Lithuaniâ? quanta h̄ic copia piscium & venationis? Ex Samogitiâ quantum mellis, & ceræ veniat, Bataui satis mirari non possunt, quæ ex cauatis arboribus eruuntur.

### §. 4. Origo Polonorum.

SARMATÆ olim dicti postea Slavi, & Slavini, ex suis sedibus exierunt, & primò in antiquas Vandalorum fedes irruerunt, vnde & Vandali dicti sunt, ut & Venedi, & Vinidi, immo & aliis nominibus, Obotrita, Reſi, Rani, &c. permixti hi porrò Slavi cum Teutonibus sub nomine Vandalorum in Pannonias primū excurserunt, vnde à Gothis deiecti, tandem in Hispaniam cōmigrarunt, & inde in Africam, vnde per Belisarium exterminati sunt; eorū tamen aliquæ reliquiae in antiquas fedes remeasle creduntur. Vtrum autem pars eorū aliquā sub nomine Polonōrum vixerit, est incomptum. Circa hæc tempora ex palude Maeotide, & fluuiio Tanaï emerſit alia gens idiomate Slavico vtens, continēnsque Roxolanos, seu Russos & Ruthenos, qui cum Volgaris, seu Volhiniis coniuncti, primò Tauricam Chersonesum subierunt, atque